

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Penitencia ar
cum fonte primo

Non est graue

cadere luctantem, sed iacere deiectum.
Non est perniciosum in prelio uulnerari,
sed post uulnus acceptum desperatione
curandi medelam ulceri denegare.

Sepe etiam athletas uidemus post
frequentes lapsus et dejectiones plurimas
coronatos. Militem quoque scimus post
fugas multas uirum fortem fuisse et
uicisse victores.

Crisostomus in epistola ad Eliodorum
monachum.

Non est grave,

Theodore carissime,
cadere luctantem, sed iacere deiectum;
non est perniciosum in proelio vulnerari
sed post vulnus acceptum desperatione
curandi medelam ulceri denegare.

Nullus mercator, navi fluctibus semel
mersa ac tota mercede navis perdita,
desuit navigare, sed rursus ad maria
undasque festinat, rursus immensa
pervolat freta et, iterato felicius cursu,
casus prioris damna compensat.

Saepe etiam athletas videmus post
frequentes lapsus et dejectiones plurimas
coronatos. Militem quoque scimus post
fugas multas virum fortem fuisse et
vicisse victores.

Iohannes Chrysostomus, *Epistola ad
Theodorum monachum*, 1 (SC 117, J.
Dumortier ed., p.241, ll.10-20).